



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Gerhardus Schirruglius. Joanni wickelphio. S. p. d.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

nos odio insequuntur. Clamitant enim in plateis huc huc veniunt ob
scuri Ruchliniste non minus deo quam hominibus odibiles faciunt deinde
in nos stercorea. Quid multis? Canes nobis omnibus ultro non irrita-
ti adlatrant. nigris enim utimur larvis. nec id solum canes agunt. verum
et viles caligas nostras. et detrita vestimenta dilaniant. Vale. Ex
cella vinaria. ubi nobis dant deorum responsa.

¶ Titivillus Pultrono. S. p. d.

A Nimis ago mi charissime Durcida. Utinam essem cum
Anchisiade in elysijs campis. et hec tam infelicia non audi-
rem. Proh deus atque hominum fidem. quid hoc est si contumelia non
est. aut potius dei plaga. Que tu scribis. intolerabilia videntur.
Gratias Capnion nobis agit nullas. quin potius obscuris omni-
bus maledicit. Alij preterea nos sycophantas. alij noctis filios. alij
nebulones. alij humanas bestias. alij monstruosa mancipia. alij ca-
nes rabidos. nonnulli hereticos. blasphemos. et fetidissimam con-
vitiatorum seminam appellant. Addunt quoque nos solos obscuros
cum Dathan et Abyron merito a terra absorbendos. Vale. Ex Ar-
gentina. et tibi oblecta felicitatibus.

¶ Berhardus Schirruglius. Joanni
wickelphio. S. p. d.

M Alii sunt homines qui dicunt nobis male. quis enim neque de-
um timeamus neque homines. aliosque indigne leserimus. ni-
hil tamen est quod contumelias perpetiamur. bellum hoc et lepidum
Verum hec alias Graue mihi semper atque anceps dubium fuit.
quare Colonienfes theologi. plus ceteris per Alemaniam floren-
tibus. superioristarum errores corripere nitantur et in suum in-
dignari. hominem nobis summa diuictu necessitudine Vale feliciter
et cras responde. Ex Andernako.

¶ Wickelphius suo Schirruglio. S. p. d.

Non possum tibi Sordij nodum absque dolore interno et hor-
risonis ululatus dissolvere. Nisi doctor essem in omnibus
scientiis mundi. itemque si neque in Bohemia neque in narragonia fu-
issem. ad tam difficilem ac plane tortuosam dubitationem respon-
de tibi nequaquam possem. Audivi nuper in ecclesia a quodam theolo-
go. ad populum dei verbum habente. reuerendum inquisitorem Ja-
cobum Doehstratez. tres sibi a sede apostolica archiepiscopatus
commissos habere Colonien. Moguntinam. et Treuerensem. ut que
mala sunt. ab ecclesia dei quamprimum reucllat. Adiecit quoque Sixtum
papam quartum. singulari quadam commissione per totam Alema-
niam heresum extirpandarum munus theologis Colonien com-
misisse. Quod ut luce clarius intueare. breuis illius exemplar tibi
per Liripipianum transmittito. ut immodice lamenteris Vale ex
Madepurck. et penitentiam age quamprimum potes.

E 4.